

## DISPUTATIO XXV.

*De gratiâ actuali ejusque divisione.*

**S**Icut gratia habitualis subjectum permanenter in Ordine supernaturali perficit ita gratia actualis datur ad agendum & dividitur in operantem & cooperantem , à S. Th hic Q. 111. a. 2. in prævenientem & subsequentem a. 3. hæ divisiones gratiæ fundantur in script. & SS. PP. gratiæ operantis & cooperantis meminit S. Aug. de grat. & lib. arb. cap. 17. ubi de S. Petro dicente : animam meam pro te ponam ita ait : *quis istam et si parvam dare cœperat charitatem , nisi ille qui preparat voluntatem , & cooperando perficit , quod operando incipit ? quoniam ipse , ut velimus , operatur incipiens , qui volentibus cooperatur perficiens.* De gratia præveniente loquitur Psalmista ps. 58. *Misericordia ejus præveniet me.* De subsequentे ps. 22. v. 6. *Misericordia tua subsequetur me.* S. Aug. in Enchirid. cap. 32. utramque recenset Dei gratiam : *nolentem prævenit , ut velit , volentem subsequitur , ne frustra velit.* Doctor mellifluus S. Bernardus excitantem & adjuvantem gratiam describit in l. de grat. & lib. arbit. *Cujus ( arbitrii ) conatus ad bonum & cassi sunt , si non aduentur , & nulli , si non excitentur.* Utriusque etiam meminit Trid. sess. 6. cap. 5. de justif. ubi declarat vocationem ad conversionem his verbis : *quâ nullis eorum existentibus meritis vocantur , ut qui per peccata à Deo aversi erant per ejus excitantem atque adjuvantem gratiam ad convertendum se ad suam ipsorum justificacionem eidem gratiæ liberè assentiendo & cooperando disponantur.* Has tamen divisiones gratiæ actualis apud omnes Catholicos admissas variis & discrepantibus modis explicant Theologi melior videtur sequens.

Imò, Gratia operans est motio , quâ Deus causat  
primum

primum actum supernaturalem intellectus & voluntatis. Gratia cooperans est motio, quā Deus causat actus supernaturales intellectus & voluntatis deliberatos subsequentes primum actum; Ratio est: quia duplex est actus distinguendus in voluntate, uti & proportionaliter in intellectu. Primus fertur in bonum non ex praecedenti consilio vel deliberatione; ut cum primò incipimus velle bonum, qui priùs malum amabamus. Secundus verò fertur in bonum suppositā priori determinatione & consilio. Primus actus versatur circa finem vel bonum in communi. Secundus circa media vel bona particularia. Primus appellatur interior, secundus exterior dicitur, non quod ille à voluntate & hic à potentiis exterioribus eliciatur, sed quia primus priùs & immediatius à voluntate procedit, secundus autem procedit à voluntate medio alio actu priori. Gratia ad primum actum vocatur operans, gratia ad secundum actum vocatur cooperans.

2dō. Gratiam operantem & cooperantem paulò alter explicant insigne Thomistæ, qui volunt auxilium gratiæ in quantum à Deo nobis datur, & per illud potentiarum nostrarum applicantur à Deo ad operandum, esse gratiam operantem, in quantum autem idem auxilium nobiscum operationem elicit, esse gratiam cooperantem, fundant se in doctrinâ Angelicâ hic Q. 111. a. 2. ad 4, ubi S.D. docet: *quod gratia operans & cooperans sit eadem gratia, sed distinguitur secundum diversos effectus.* Ubi tamen notandum est: quod loquatur de gratiâ habituali non actuali de quā gratiâ habituali in O. dixerat: *Si verò accipiatur gratia pro habituali dono, sic est duplex gratiæ effectus, sicut & cuiuslibet alterius forma: quorum primus est esse, secundus operari.* *Sicut caloris operatio est facere calidum & exterior calefactio.* Sic igitur habitualis grata in quantum animam sanas vel justificat sive gratam Deo facit, dicitur gratia ope.

o XXV.  
ellectus & voluntas  
Deus carat actus  
is deliberatos sub

DE GRATIA ACTUALI EJUSQUE DIVIS. 639  
operans, in quantum verò est principum operis meritorii, quod ex libero arbitrio procedit, dicitur cooperans.

3tiò. Gratia excitans & præveniens non differt à gratiâ operante nisi solo nomine: cum eundem effectum per utramque Deus operetur in Creaturâ videtur primum bonæ voluntatis motum, sive inefficacem boni volitionem. Econtrà gratia adjuvans & subsequens non differunt quoad substantiam à gratia cooperante, sed est physicè una & eadem gratia, quâ Deus efficit, ut exequamur bonum, cuius volitionem in nobis ante operatus est; differunt tamen quoad modum: quia varii ejusdem auxilii effectus per diversa nomina explicantur: dicitur operans: eò quod in nobis sine nobis agat, appellatur excitans: eò quod impios ad malum conversos vel justos à bono cessantes moveat ad actus pios eliciendos: dicitur demum præveniens: quia præcedit quemlibet supernaturalem voluntatis actum. Posterius verò auxilium dicitur cooperans, adjuvans & subsequens, non quod determinationem voluntatis ad bonum præsupponat in instanti temporis aut naturæ; sed quod ipsam voluntatem imperfectè bonum volentem ex motu gratiæ operantis, excitantis, prævenientis moveat ad perfectam illius volitionem & executionem.

Alia celebris & multis controversiis obnoxia divisio est gratiæ in sufficientem & efficacem, cuius expositioni ut via sternatur priùs aliquæ difficultates circà præcedentia resolvendæ sunt.

Q. 1. An ad effectum gratiæ operantis voluntas liberè concurrat?

R. Duplex est effectus gratiæ operantis videlicet complacentia, quam voluntas sentit in bono sibi proposito, & desiderium licet inefficax illius boni; certum est voluntatem non concurrere liberè ad primum, quippe inde liberè

liberata est illa complacentia, sicut & illa, quam concupiscentia excitat ad boni alicujus sensibilis præsentiam; attamen respectu alterius effectus voluntas est libera: cum sepe determinet ex impulsu, quem impressit suavitas illa vel complacentia, quam in voluntate sine consensu libero & deliberato voluntatis Deus operatus est. Fundatur doctrina hæc in utroque Doctore S. Aug. ejusque Discipulo S. Thom. Aug. l. 2. con. 2. as. Epist. Pelag. cap. 8. in fin. *Multa Deus facit in homine bona, quæ non facit homo: nulla verò facit homo, quæ non facit Deus ut faciat homo: quod clarius explicat S. Th. hic Q. 111. a. 2. In illo effectu, in quo mens nostra est mota & non movens, solus autem Deus movens, operatio Deo attribuitur, & secundum hoc dicitur gratia operans. In illo autem effectu, in quo mens nostra & movet & movetur, operatio non solum attribuitur Deo, sed etiam animæ & secundum hoc dicitur gratia cooperans.*

*Q. 2. In quo consistat primum auxilium gratiæ?*

*R. 1. Primum auxilium non consistit in aliquo actu à nobis elicito sive deliberato sive indeliberato; Ratio est: quia omnis actio supernaturalis præsupponit aliquod auxilium gratiæ actualis: cum enim operatio supernaturalis intellectus vel voluntatis procedat à potentia vitali elevatâ ad supernaturalem actus, prærequisitur auxilium supernaturale gratiæ actualis, saltem quando non adsunt habitus supernaturales, ut in peccatore se convertente; ergo primum auxilium gratiæ est aliqua motio præcedens omnem actionem supernaturalem tam intellectus quam voluntatis tam deliberatam quam indeliberatam: quod fundatur in Doctrinâ Angelicâ hic Q. 111. a. 2. ubi locum S. Aug. adductum in arg. sed contrà: ipse Deus ut velimus operatur incipiens, qui volentibus cooperatur perficiens ita explicat S. D. *Est in nobis duplex actus. Primus quidem inter-**

De Gratia  
io voluntatis  
fe habet, ut mo  
tim cum solu  
lum obdat, &  
panum ventem  
a quo hoc form  
gratiae gratia  
am voluntatem  
& effectum v  
voluntatis. Iteru  
m in nobis ali  
us, Aug. in no  
nobis delibe  
ratis & volu  
confudit in pr  
fectus, sed  
sic,

4. Primum  
ordinatione e  
am: quia per  
potentiam ope  
rit per intrin  
atura jam sit p  
, & influat in  
statim, quæ a  
gratiæ prim  
staurare à Deo d  
am,

4. Auxilium  
nature impressa  
auxilium gratiæ ac  
adem excitat, ele  
adem eliciendun  
g effectus & n  
1. 2. Theol. Sc

rior voluntatis: & quantum ad istum actum voluntas se habet, ut mota, Deus autem ut movens & praesertim cum voluntas incipit bonum velle, que prius malum volebat, & ideo secundum quod Deus movet humanam mentem ad hunc actum, dicitur gratia operans: ex quo hoc formatur argumentum: primum auxilium gratiae sive gratia operans est id, quo Deus movet ipsam voluntatem; atqui quo Deus movet voluntatem & efficit actum voluntatis non est formaliter ipse actus voluntatis. Iterum: gratia prima vel gratia operans causat in nobis aliquem motum voluntatis, quem Deus juxta S. Aug. in nobis & sine nobis operatur: hoc est sine nobis deliberate consentientibus non tamen sine nobis elicientibus; atqui ille motus est actus primæ intellectus & voluntatis; ergo auxilium primæ gratiæ non consistit in primo actu supernaturali voluntatis & intellectus, sed potius hi actus sunt effectus primæ gratiæ.

*q. 2.* Primum auxilium gratiæ non consistit in sola subordinatione extrinseca voluntatis vel intellectus ad Deum: quia per primam gratiam Deus de novo applicat potentiam operativam; atqui haec nova applicatio Dei fit per intrinsecam mutationem Creaturæ: cum Creatura jam sit potens elicere actum excedentem vires suas, & influat in operationem viribus suis improporationataim, quæ ante erat intrinsecè impotens; ergo per gratiam primam intelligitur auxilium intrinsecum Creaturæ à Deo datum, per quod eliciat actum primum.

*q. 3.* Auxilium primum gratiæ consistit in motione Creaturæ impressa ad actum supernaturalem: quia auxilium gratiæ actualis, quo Deus Creaturam rationalem excitat, elevat & præmovet ad actum supernaturalem eliciendum non est ipsa vitalis operatio: quia illa est effectus & non causalitas vel causa, nec est ipse

Deus per suum decretum vel assistentiam extrinsecam, ut jam dictum; ergo est aliquod donum à Deo causatum in potentiis animæ intrinsecè receptum, non quidem per modum habitus permanentis, sed per modum motus fluentis & transeuntis ordinatum ad aliquam determinatam operationem: ut ad piam cogitationem, actum fidei, timorem gehennæ &c.

**Q. 3.** In quo consistat gratia cooperans sive gratia actualis ad consequentes actus supernaturales?

**R. 1.** Gratia actualis ad actus supernaturales initium conversionis consequentes est distincta motio ab actibus præcedentibus: quia actus præcedentes non habent infallibilem connexionem cum actibus consequentibus; quia actus præcedentes non infallibiliter inferunt actus sequentes; ergo ut ad initium conversionis, quod operatur gratia operans, infallibiliter sequatur ulterior conversio requiritur novum gratiæ auxilium; quia tamen actus præcedentes sunt dispositiones ad actus subsequentes, sicut initium conversionis est dispositio ad conversionem, ideo actus præcedentes possunt dici gratiæ actuales ad actus subsequentes: ad justificationem enim ordinariè non pervenit peccator, nisi per plures actus procedendo ab actibus indeliberatis ad deliberatos, ab imperfectioribus deliberatis perveniendo ad perfectiores: ut peccator obduratus improviso concipit desiderium ad audiendum verbum Dei, ex auditu verbo Dei concipit piam cogitationem, fidem & apprehensionem divinorum beneficiorum, quam sequitur complacentia de Deo benefactore, ab his actibus procedit ad actus perfectiores, ad recognitionem propriæ ingratitudinis ejusque odium, ab isto ad ponderationem divinæ bonitatis, & tandem ad amorem Dei & oppositi peccati detestationem, & ita actus antecedentes sunt dispositio ad sequentem actum quamvis se solis absque novâ motione non possint interfere.

DE GRATIA  
fere inabilitate  
confitadæqua  
quens,  
Obj. 1. Intrin  
sco voluntat  
riam Con. Ti  
bonitus vitales  
genitissimis in  
Excitatio  
nem voluntatis  
voluntatis for  
In Prior est a  
ista,  
Obj. 2. S. Th  
ante primam g  
ita enim ait:  
io, qui dicitur  
nam effectus  
item supra, q  
ur homo adjuva  
tus rovetur à  
cunctis vel agenc  
bus domine no  
ni: actus enim i  
t. phys. alio  
in voluntate sec  
Deo anima infu  
ta quadam est,  
de non est qualit  
as animæ, mot  
ratio ab anima eli  
B. S. D. velle  
litas permanens  
qua facit compa  
na elicium, f

DE GRATIA ACTUALI EJUSQUE DIVIS. 643  
ferre infallibiliter actus sequentes, ideoque in illis non  
consistit adæquate auxilium actualis gratiæ ad actus se-  
quentes.

Obj. 1. Intrinsicus impulsus, excitatio intellectus,  
vocatio voluntatis pertinent ad auxilium primæ gra-  
tiæ juxta Con. Trid. sess. 6. de justif. cap. 5. atqui illi  
sunt actus vitales intellectus & voluntatis; ergo prima  
gratia consistit in actibus intellectus & voluntatis.

Rq. Excitatio intellectus & voluntatis causalis est  
actus voluntatis & intellectus N. Excitatio intellectus  
& voluntatis formalis est actus intellectus & voluntatis  
Con. Prior est auxilium gratiæ posterior est effectus  
gratiæ.

Obj. 2. S. Th. hic Q. 110. a. 2. videtur in terminis  
docere primam gratiam esse primos actus supernatura-  
les; ita enim ait: dicendum: quod sicut jam dictum est,  
in eo, qui dicitur gratiam Dei habere significatur esse  
quidam effectus gratuitæ Dei voluntatis. Dictum est  
autem supra, quod dupliciter ex gratuitâ Dei volun-  
tate homo adjuvatur. Uno modo inquantum anima ho-  
minis movetur à Deo ad aliquid cognoscendum vel vo-  
lendum vel agendum, Et hoc modo ipse gratuitus effe-  
ctus in homine non est qualitas, sed motus quidam ani-  
mae: actus enim moventis in moto est motus ut dicitur  
in 3. phys. alio modo adjuvatur homo ex gratuitâ  
Dei voluntate secundum quod aliquod habituale donum  
à Deo animæ infunditur.... Et sic donum gratiæ qua-  
litasquadam est, ergo juxta S.D. auxilium primæ gra-  
tiæ non est qualitas quædam animæ impressa, sed mo-  
tus animæ, motus autem nihil aliud est, quam ope-  
ratio ab animâ elicita.

Rq. S. D. velle, quod auxilium gratiæ non sit qua-  
litas permanens, qualis est gratia sanctificans, cum  
quâ facit comparationem, sed motum, non ab ani-  
mâ elicatum, sed in animâ receptum, quo anima

hominis movetur à Deo ad aliquid cognoscendum, vel volendum &c.

*Obj. 3.* Quidquid Deus efficit per causam efficientem potest immediate per se solum producere: cum Deus contineat eminenter omnem activitatem Creaturaræ, atqui forma supernaturalis inhærens intellectui & voluntati per modum auxilii concurrit efficienter ad productionem operationis supernaturalis; ergo potest Deus independenter à tali forma producere actus supernaturales primos intellectus & voluntatis.

*R.* Licet Deus seipso possit efficere, quidquid agit causa secunda, non potest tamen facere, quod causa secunda influat in operationem nisi habeat virtutem, per quam predictam operationem in actu secundo contineat, intellectus autem & voluntas potentiae naturales sibi relictæ non habent virtutem continentem in actu primo operationem supernaturalem, & idèo non possunt operari supernaturaliter nisi per aliquod donum supernaturale intrinsecum eleventur. Unde distinguitur: illa forma per modum auxilii concurrit efficienter & simul formaliter ut causam secundam ad operandum perficiens. *Con.* pure efficienter N.

*Obj. 4.* Hoc ipso, quod Deus decreto suo prædefinitivo ab æterno voluerit, quod entitas hujus actus supernaturalis procederet ab intellectu & voluntate tali tempore, manent intellectus & voluntas potentiae determinatae, ut talem actum eliciant; sicut supposito decreto de productione animæ rationalis pro tali determinato instanti, hoc ipso producitur anima rationalis nullâ interveniente distinctâ motione; cum igitur creatio nihil dicat, nisi decretum Dei & resultantiam effectus habentis relationem ad Creatorem, etiam causalitas Dei circa nostros actus nihil aliud erit, quam operationes vitales intellectus & voluntatis cum dependentia & relatione ad decretum divinæ voluntatis.

DE GRATIA  
R. Distinguend  
intrinsecopro N,  
Con, quia hoc ipso  
luntas determinata  
tā tamen aliqua intri  
potens supernatural  
pium operandi, ne  
potentia animæ in  
& secundo supernat  
tione, illa enim nu  
ad creandum, quo  
quo intrinseco, qu  
ndo operandi.

*Obj. 5.* Virtus, proximè supernatural  
ens, ut fides, spes  
les permanentes;

*R.* Distinguend  
rum & posse op  
minatione & reduc  
est qualitas & habi  
primum fluenter &  
sum gratiae ad actu  
determinet ad aliqu  
ceum in sequentibus.

*Obj. ult.* Homo  
naturales habet actus  
naturaliter, ergo non  
det posse.

*R.* Disting. ant.  
supernaturaliter co  
tum & remotum C  
rio supernaturalis au  
sili in voluntate,

## DE GRATIA ACTUALI EJUSQUE DIVIS. 645

**R.** Distinguendo ass. Determinatæ sine aliquo intrinsecè recepto N. mediante aliquo intrinsecè recepto Con. quia hoc ipso, quod Deus decernat, manet voluntas determinata ad actum producendum, suppositâ tamen aliquâ intrinsecâ virtute & motione, quâ fiat potens supernaturaliter operari & fiat actuale principium operandi, non tamen decretum Dei facit ipsas potentias animæ intrinsecè constitutas in actu primo & secundo supernaturaliter operandi; aliud est in creatione, illa enim nullum habet principium concurrens ad creandum, quod indigeat compleri & perfici aliquo intrinseco, quo constituatur in actu primo & secundo operandi.

**Obj. 5.** Virtus, quæ dat actum primum & posse proximè supernaturaliter operari, est qualitas permanens, ut fides, spes, charitas sunt habitus supernaturales permanentes; ergo gratia dans posse supernaturaliter operari non est alia motio trahens.

**R.** Distinguendo ant. Virtus, quæ dat actum primum & posse operari permanenter sine actuali determinatione & reductione ad aliquem actum secundum, est qualitas & habitus permanens Con. quæ dat actum primum fluenter & cum tali determinatione N. auxilium gratiæ ad actum primum ita dat posse, ut etiam determinet ad aliquem actum secundum, ut pluribus dicetur in sequentibus.

**Obj. ult.** Homo habens gratias & virtutes supernaturales habet actum primum ad operandum supernaturaliter, ergo non indiget auxilio actuali gratiæ quod det posse.

**R.** Disting. ant. Habet actum primum operandi supernaturaliter completum proximum N. incompletum & remotum Con. **Ratio est:** quia omnis operatio supernaturalis aut est in intellectu aut in voluntate, si sit in voluntate, tamdiu voluntas non est proximè

completa ad operandum, quamdiu objectum & finis non est ipsi practice & sufficienter propositus, atqui absque actuali auxilio movente ad pias cogitationes, ad assensum fidei, ad dictamen prudentiae, ad amorem finis, objectum sufficienter non proponitur, ergo sine tali auxilio movente voluntas non est completa in actu primo. His præviis sit.

## QUÆSTIO I.

*Degratia sufficiente & efficaci.*

**D**ICO. Necessaria est correptio, quia voluntas hominis requiritur ad hoc quod à peccato abstineat, sed tamen correptio non est sufficiens sine Dei auxilio.... quocunque vule homo, datur ei: sed hoc quod bonum velit, habet ex auxilio gratiae. S. Th. hic Q. 109. a. 8. ad 2. & 3. Sive datur etiam pro statu naturæ corruptæ gratia sufficiens non tantum exterior sed etiam interior, & efficax.

Explicatur & probatur Conclusio: divisio gratiae in sufficientem, quæ dat posse operari, & in gratiam efficacem, quæ dat infallibiliter actu operari, convenit cum illâ, quâ S. Aug. adjutorium gratiae dividit in gratiam possibilitatis & actionis; in adjutorium sine quo non possumus, & adjutorium, quo aliquid faciamus. De gratia sufficiente ait Apost. I. Cor. 3. *Omnia possum in eo qui me confortat: & sufficientia nostra ex Deo est.* De gratia efficaci loquitur ad Philip. 2. *Deus est, qui in nobis operatur & velle & perficere:* In utriusque expositione discrepant Theologi: conformiter jam dictis *Essentia gratiae sufficientis in hoc consistit: quod sit divina motio, in cuius virtute voluntas (idem est proportionaliter de intellectu) sit potens ad operandum bonum supernaturale,* dicitur I. Motio: cum sit aliquid transiens nimirum Dei in hominis voluntatem actio, quæ quandam complacentiam in bonum

ex-

DE GRATIA  
exitat. 1. Incuj  
rundum: quia per  
supernaturalis, i  
fi proportionata ac  
non superaddatur ali  
cæ) dans operati,  
gratia sufficiens Tho  
admitunt illi, qui  
quoniam sufficiens  
er pure Dei ad a  
quamvis homo cum  
Deus per scientiam  
de gratia non opera  
sufficiens in hoc:  
Deus gratiam efficac  
tibus prævidit per  
eum. Unde pri  
orem vero cong  
niter dicenda vide  
in utriusque viâ Cath  
oplicher possit esse  
id habet vim imm  
bus homo ad justific  
e: quia est princip  
naturalium impe  
dicat Deus ulterio  
ministrabit. 3. tiò  
quia complectitur  
quam operationem  
solum importat u  
sto. Auxilium pur  
te efficaci: quod i  
det actum, quale a  
lis reprobis, cui op  
ita dat actum, ut

excitat. 2. In cuius virtute voluntas sui potens ad operandum: quia per illam elevatur ad rationem principii supernaturalis, inclinatur ad exercitium virtutis, & sit proportionata ad virtuosè operandum, si tamen non superaddatur aliud auxilium (quod est gratia efficax) dans operari, non sequitur actio, in quo differt gratia sufficiens Thomistarum à gratiâ sufficiente, quam admittunt illi, qui sequuntur placita molinæ, juxta quos gratia sufficiens est, præter quam nulla ulterior ex parte Dei ad actu operandum gratia requiratur, quamvis homo cum illâ nunquam sit operatus; quia Deus per scientiam medium prævidit hominem cum tali gratiâ non operatum, juxta quam doctrinam gratia sufficiens in hoc à gratiâ efficaci distinguitur, quod Deus gratiam efficacem in illis circumstantiis det, in quibus prævidit per scientiam medium habituram effectum. Unde priorem vocant incongruam, posteriorem verò congruam (circà quam controversiam præter dicenda videantur dicta I.p. Disput. XI. & XII.) in utrâque viâ Catholici admittunt, quod gratia multipliciter possit esse sufficiens: 1mò. proximè: quia vid. habet vim immediatam ad actus perfectiores, quibus homo ad justificationem disponitur. 2dò. remotè: quia est principium immediatum operationum supernaturalium imperfectiorum, quas tamen si homo eliciat Deus ulteriora & perfectiora auxilia sufficientia ministrabit. 3tò. adæquate & completere sufficiens: quia complectitur omnia principia desiderata ad aliquam operationem. 4tò. inadæquate sufficiens: quia solum importat unum vel alterum comprincipium. 5tò. Auxilium purè sufficiens distinctum realiter à purè efficaci: quod ità dat posse completum ut nunquam det actum, quale auxilium est datum Adamo vel Angelis reprobis, cui opponitur auxilium purè efficax: quod ità dat actum, ut semper presupponat posse comple-

tum, quale auxilium fuit denegatum Adamo & datum Angelis perseverantibus. 6to. Auxilium, quod eminenter simul est sufficiens & efficax: ad eum modum, quo, licet practicum & speculativum in scientiis inferioribus realiter & essentialiter differant, atamen eminenter in scientia superiori Theologia adunantur. Ita respectu ejusdem actus datur auxilium, quod eminenter est sufficiens & efficax, ita in statu naturae corruptae auxilium gratiae efficax est efficax: quia dat agere, est etiam sufficiens: quia dat posse, non totum, sed ex parte removendo impedimentum & vincendo rebellionem concupiscentiae.

Dices: hæc expositio gratiae sufficientis & efficacis non videtur subsistere 1. quia si præter gratiam sufficientem alia requiratur ex parte Dei, non erit sufficiens: gratia enim sufficiens est præter quam alia non est necessaria. 2. Si gratia sufficiens sit motio Dei erit efficax: quia omnis motio vel actio Dei habet suum effectum juxta Ps. 113. Deus noster in celo & in terra omnia, quæcumque voluit, fecit Is. 55. Quomodo descendit imber & nix de celo &c. Sic erit verbum meum, quod egredietur de ore meo: non revertetur ad me vacuum, sed faciet, quæcumque volui, & prosperabitur in his, ad quæ misi illud:

Re. ad 1. Negando subsumpt. cuius probatio distinguitur: sufficiens est præter quam alia non est necessaria ad posse Con. ad agere N. ad 2. Omnis motio vel actio Dei habet suum effectum ad quem proxime ordinatur Con. ad quem ultimato tum ex se tum ex voluntate Dei antecedente ordinatur N. Priore sensu gratia sufficiens semper aliquem habet effectum: cognitio nem intellectus, desiderium imperfectum voluntatis &c. Sed quia non infert perfectam conversionem peccatoris, ad quam verè potentem reddit, est & dicitur sufficiens & quod in hoc sensu præter efficacem detur,

Pro-

DE GRATIA  
Probatur ulterius  
Urbano VIII. Jansen  
n la sen unquam r  
mus, sed illa gratia  
ex: quia telle S.  
Hoc grana, qua o  
guat ambigitur & nu  
petratur, ut dur  
grana cui resistitur  
tua in Jansenio h  
m ab omnibus iusti  
un præsentis, quas  
dique illis grati  
atione ita argui  
non deest gratia:  
tia sit comprobat  
in efficacem, cui  
ad cum gratia eff  
iuncta, fieri no  
Deinde Trid. do  
emandata; ergo n  
ein finem in justit  
tis omnibus non  
perverandum actu  
an. 16. de justif. S  
perverantia donum  
hema sit; ergo su  
gratiam sufficientem  
denegetur gratia eff  
perverandum est ne  
tis quandoque est g  
Acta duplex est gra  
argumenta contra h  
lectatoribus proxim:

Probatur ulterius ex propositionibus damnatis ab Urbano VIII. Jansenii 2. *Interior gratia in statu naturae lapsa nunquam resistitur*; ergo aliquando resistimus, sed illa gratia, cui voluntas resistit, non est efficax: quia teste S. Aug. l. de prædest. sanct. cap. 8. *Hac gratia, qua occulte humanis cordibus divinâ largitate tribuitur à nullo corde duro respuitur, ideo quippe tribuitur, ut duritia cordis penitus auferatur*; ergo gratia cui resistitur est gratia sufficiens: iterum damnata est in Jansenio hæc propositio I. *Aliqua Dei præcepta hominibus justis volentibus & conantibus secundum præsentes, quas habent vires, sunt impossibilia, deest quoque illis gratia, quâ possibilia fiant*; ex quâ damnatione ita arguitur: justis volentibus & conantibus non deest gratia; atqui illa est sufficiens: cum experientia sit comprobatum, illis nonnunquam deesse gratiam efficacem, cum aliquando in peccatum labantur, quod cum gratiâ efficaci, quæ cum effectu semper est conjuncta, fieri non potest.

Deinde Trid. docet nemini justo esse impossibilia Dei mandata; ergo neque præceptum perseverandi usque in finem in justitiâ, eadem etiam S. synodus docet: justis omnibus non dari donum singulare, quod ad perseverandum actu est necessarium, ita enim sess. 6. can. 16. de justif. *Si quis magnum illud usque ad finem perseverantia donum se certò habiturum dixerit: Anathema sit*; ergo supponit Con. Trid. esse in adultis gratiam sufficientem ad perseverandum, quamvis illis denegetur gratia efficax vel auxilium, quod ad actu perseverandum est necessarium, & consequenter in justis quandoque est gratia sufficiens distincta ab efficaci. Ac ita duplex est gratia alia verè sufficiens alia efficax. Argumenta contra hanc divisionem opposita à Jansenii lectoribus proxima dabit.

## QUÆSTIO II.

*An omnibus detur gratia sufficiens ad implendum preceptum?*

**S**UPPONO. Verbum: dare: dupliciter accipi potest: primò ut significet idem, quod præparare vel offerre, ita ut ipse, cuius donum est, de se illud ordinet ad utilitatem alterius. Secundò ut idem significet, quod reipsâ conferre prout est correlativum ad recipere; sic Rex utroque modo dicitur dare præmium prælantibus, ante prælium dat sive offert & præparat præmia, ad illa invitat, post prælium dat & reipsâ confert præmia. Illa auxilii oblatio iterum potest fieri dupliciter: primò in communi: ut si Rex Academiam esigat pro eruditione omnium adolescentum sui Regni, per hoc dicitur illis offerre auxilium sufficiens ad studendum; secundò in particulari: si aliquibus in particulari offerat subsidia necessaria ad studendum, illis dicitur auxilia sufficientia præparasse non solum in communi sed etiam in particulari.

DICO. *Gratia novi testamenti et si adjuvet hominem ad non peccandum, non tamen ita confirmat in bono ut homo peccare non possit... lex nova... quantum est de se, sufficiens auxilium dat ad non peccandum.* S. Th. hic Q. 106. a. 2. ad 3.

Explicatur: datur hoc sensu in statu naturæ lapsæ omnibus hominibus gratia sufficiens, quod à Deo offeratur omnibus, non tantum justis; qui tamen illud auxilium gratiæ efficax, quod eminenter simul est sufficiens, non semper actu recipiunt; sed etiam improbis, non tamen hoc sensu, quod gratiam sufficientem omnes actu recipient.

Prima Pars: Quod omnibus hominibus nullo excepto tam in veteri quam in novâ lege tam in statu peccati sive originalis sive actualis existentibus

DE GRATIA A  
luquain actu justis  
qibus vere ad zteri  
conferat Ecclesia cor  
rei definita probatu  
dente, quâ Deus on  
cet evitâ l'v os fieri,  
nre jura Apostoli  
dicta sunt, 2. dô Ex  
qui sanginem suum  
bus, qui in Adam  
pro omnibus non si  
in sensu absoluto nul  
lex Adam geniti l  
auta & oblata, q  
Deus non vellet omni  
auxiliis salvari  
ibus gratiæ suffici  
torem Christi in il  
la suam æternam  
nullo excepto quam  
oblata sunt auxilia  
2. da pars probat  
ta sufficiens tum ob  
lato orati gratia sa  
utibus infusis, qu  
ideoque instantे pr  
tus adimplendi pr  
ima propositionis  
Tind. Cess. 6. de  
Dei precepta homini  
tunc effe ad observa  
At tamen gratiam a  
semper est simul suffi  
quia gratia sufficien  
te gratia adjuvans

DE GRATIA ACTUALI EJUSQUE DIVIS. 651  
 bus quain actu justis offrantur gratiae sufficietes,  
 quibus vere ad æternam gloriam pervenire possint,  
 toties ab Ecclesia contrà Jansenium ejusque Sectato-  
 res definita probatur 1. nò ex voluntate antece-  
 dente, quâ Deus omnes homines nullo excepto si-  
 cerè vult salvos fieri, & ad agnitionem veritatis ve-  
 nire juxta Apostolum & ea, quæ 1. p. disp. XV.  
 dicta sunt. 2. dò Ex generali redēmptione Christi,  
 qui sanguinem suum pretiosum effudit pro omnibus,  
 qui in Adam peccaverunt, & consequenter  
 pro omnibus non solum in sensu accommodo sed  
 in sensu absoluto nullo excepto; atqui, si non om-  
 nes ex Adam geniti haberent auxilia sufficientia præ-  
 parata & oblata, quibus possent obtinere salutem,  
 Deus non vellet omnes sincerè salvari: cum sine ta-  
 libus auxiliis salvari nequeant. Item si deessent ali-  
 quibus gratiae sufficietes, non omnes fuissent per  
 mortem Christi in illum statum restituti, in quo pos-  
 sent suam æternam salutem operari; ergo omnibus  
 nullo excepto quamdiu sunt in hâc vitâ, præparata  
 & oblata sunt auxilia gratiae sufficietes,

2. da pars probatur: licet justis non desit gra-  
 tia sufficiens tum ob rationem jam datam, tum quia  
 sunt ornatæ gratia sanctificante ac virtutibus superna-  
 turalibus infusis, quibus gratiae actuales respondent,  
 adeoque instance præcepto adest illis potentia suffici-  
 ens adimplendi præcepta ut constat ex damnatione  
 1 mæ propositionis Jansenianæ suprà cit. & ex Con.  
 Trid. sess. 6. de justif. Can. 18. Si quis dixerit  
 Dei præcepta homini etiam justificato & sub gratiâ con-  
 stituto esse ad observandum impossibilia. Anathema sit.  
 Attamen gratiam actualem, quæ in statu naturæ lapsæ  
 semper est simul sufficiens, non habent actu receptam;  
 quia gratia sufficiens est auxilium quod dat posse si-  
 è gratia adjuvans posse; Atqui tale auxilium justi-

non semper habent receptum : quia imprimis homo infirmus indiget auxilio efficaci, quod sit adjuvans posse, eo quod vincat concupiscentiam, tollat ignorantiam : concupiscentia autem actualis & ignorantia agendorum impediunt, ne fiat actus praecipitus ; hoc autem impedimentum potentiae se tenet ex parte posse. Ergo auxilium vincens concupiscentiam & tollens ignorantiam ex illa parte, quam removet impedimentum potentiae, est auxilium adjuvans posse, atque si homo infirmus qualunque gratia instructus per modum actus primi indiget auxilio efficaci, quod illi quandoque deest ; ergo etiam indiget auxilio simul sufficienti, quod illi toties deest quoties peccat. Deinde primus & principiuus effectus auxilii adjuvantis posse est vincere amorem delectabilem ex abstractione concupiscentiae excitatum ; at qui illum effectum non habent omnes justi, qui saepius abstracti a concupiscentia turpiter ex statu gratiae cadunt, quamvis talis gratia omnibus justis sit oblata : cum omnes habeant potestatem recipiendi tales gratiam, illamque reciperent, nisi ponerent impedimentum, ponunt autem impedimentum, dum inordinate adherent creaturae : amor enim creaturae opponitur amori divino & consequenter etiam gratiae efficaci ad amorem divinum, & ideo voluntas se determinando ad amorem creaturae ponit obstaculum gratiae efficaci. In homine igitur infirmo insurgente motu concupiscentiae non est quidem completa potestas ad bonum praceptum actu data sed solum oblata, cui si impedimentum non posuerit, de oblatâ transibit in datam, si vero impediverit, sibi imputabitur, quod sufficiens posse actu non habuerit. Fundatur haec doctrina summe notanda in Doctore Ang. 2. 2. Q. 2. A. 5. ad 2. ubi ita : *Si in potestate hominis esse dicatur ali-*

quid

De GRATIA A  
quid ex illo Dei aux  
ilqua non potest sine g  
dom Deum & proxim  
arculifidet; sed ta  
ta, quod quidem auxi  
tur usq[ue] ordiner dat  
affinitate datur in p  
tem originalis peccat  
ripi. Et grat.

zio pars proba  
tati decedunt ant  
antes parvuli ante E  
st receptam gratia  
reliquo, quod in l  
fari, est Sacramen  
to, juxta illud Joa  
cquinus & Spiritu Sa  
nti Dei ; at qui Sac  
ramentum parvulis ante mo  
dum ex hac vitâ  
minime ; nec sufficit  
Si dicatur I. que  
cum impiorum,  
est, & ita in volu  
tationum sufficiens.  
Nam contra S. A  
ndreas Basileensis ita d  
icitur in filium, quem i  
unna, & aliquando  
traversus in utero sue  
ficio, quia provisione  
cum non prevenit : a  
ura omnia, facit eff  
ervescere in Diaboli dom  
ini, quem formavit i  
nus, quod vult.

quia imprimis hic  
est, quod si ad  
upiscentiam, ut  
autem actualis  
ne sit a deo pra-  
um potentia, ita  
a vincens con-  
n ex illa par-  
tiae, est auxiliu-  
trus quacunq-  
rum indiget au-  
deest; ergo et  
quod illi totu-  
us & principiu-  
m amore  
apiscientia exci-  
abent omnes ju-  
ventia turpiter et  
s gratia omnibus  
ant potestatem n-  
e recipere, nu-  
nt autem impedi-  
erent creaturæ a  
poterit divino & con-  
amorem divinum  
ad amorem crea-  
ti. In hominibus  
scipientia non  
omnem præcep-  
si impedimenta  
sit in datam, fit  
indatur hoc do-  
Ang. 2.2. Q.  
minis efficiuntur

quid excluso Dei auxilio, sic ad multa tenetur homo,  
ad quæ non potest sine gratiâ preparante, sicut ad diligen-  
dum Deum & proximum: & similiter ad credendum  
articulos fidei; sed tamen hoc potest cum auxilio gra-  
tie, quod quidem auxilium quibuscumque divinitus da-  
tur misericorditer datur, quibus autem non datur ex-  
justiâ non datur in pœnam præcedentis peccati & sal-  
tem originalis peccati, ut Aug. dicit in l. de cor-  
rept. & grat.

3.tia pars probatur 1.mō in parvulis; quorum  
multi deceidunt ante Baptismum receptum; atqui  
omnes parvuli ante Baptismum deceudentes non ha-  
bent receptam gratiam sufficientem: quia unicum  
medium, quod in lege novâ parvulis ad salutem  
sufficit, est Sacramentum Baptismi à Christo institu-  
tum, juxta illud Joannis 3. nisi quis renatus fuerit  
ex aquâ & Spiritu Sancto, non potest introire in reg-  
num Dei; atqui Sacramentum Baptismi ab omni-  
bus parvulis ante mortem non suscipitur: quia mul-  
tis ex eis ex hâc vitâ antequam ex utero matris pro-  
dierint; nec sufficit:

Si dicatur 1. quod id contingat in pœnam pa-  
rentum impiorum, qui à peccatis temperare potu-  
issent, & ita in voluntate illorum habuerint parvuli  
medium sufficiens.

Nam contrà S. Aug. l. 6. cont. Jul. cap. 5.  
edit. Basileensis ita discurrit: Deus aliquando adop-  
tat in filium, quem formavit in utero immundissima  
fœmina, & aliquando non vult esse suum filium, quem  
formavit in utero suæ filiæ. Ille quippe ad Baptismum  
nescio, quâ provisione pervenit, Iste repentinam mer-  
tem non prævenit: atque ita Deus, in cuius potestate  
sunt omnia, facit esse in Christi consortio, quem for-  
mavit in Diaboli domicilio, & non vult esse in regno  
suo, quem formavit in templo suo. Aut si vult, cur  
non facit, quod vult.

2. dō. Non sufficit dicere parvulos illos ad Baptis-  
mum non pervenire ex malitiā parentum vel mini-  
strorum ; quia ut idem S. P. asserit : aliquando  
cupientibus & festinantibus parentibus , ministris  
quoque volentibus ac paratis , Deo tamen nolente  
non datur Baptismus , cum repente antequam datur  
puer expiret.

Probatur 2. In impiis , qui non omnes habent  
actu receptas gratias sufficientes : quia peccatores  
**excæcati** & obdurati non recipiunt gratias sufficien-  
tes ad conversionem vel observantiam mandatorum  
etiam dum præceptum instat , constat id ex illo Jo-  
annis 12. v. 39. propterea non poterant credere ,  
quia iterum aixit Iсаіаs : excæcavit oculos eorum &  
induravit cor eorum , ut non videant oculis & non in-  
telligent corde & convertantur & sanem eos . Rom.  
I. v. 24. Propter quod tradidit illos Deus in deside-  
ria cordis eorum in immunditiam , ut contumeliis a-  
ficiant corpora sua in semetipsis : atqui excæratio , in-  
duratio , traditio in cordis carnalis desideria indi-  
cant gratiæ sufficientis subtractionem ; cum gratia  
sufficiens sit lux quædam , quâ intellectus pertundi-  
tur , & cor per pium motum saltem ad inefficacem  
boni volitionem emollitur unde S. Aug. tract. 53.  
in Joannem circa medium : Sic excæcat , sic obdurat  
Deus deferendo & non adjuvando , quod occulto judi-  
cio facere potest , iniquo non potest . Igitur quia gra-  
tiæ sufficientis effectus consistit in illustrationibus in-  
tellectus & piis motibus voluntatem ad bonum exci-  
tantibus , tales verò illustrations in intellectu & pii  
motus non sunt in cordibus excæcatorum & obdu-  
ratorum , dum ex malitiā peccant & lætantur cum  
malè fecerint & exultant in rebus pessimis , carent  
gratiâ sufficiente.

Argumenta Jansenistarum contrà gratiam suffici-  
entem

DE GRATIA  
eueni omnibus  
sunt sequentia ;  
imom ; Gratia  
nonquam autem  
quam utilis , qui  
non faciat , ide  
faciat missariono  
præmerito pos-  
terum Domine.  
Alex. VIII.

¶ Ad servandi  
sacerdotum gratian  
sum servare , l  
et sacerdos quem a  
coincidentis volun-  
tate , quâ homo ær  
bus requiritur ,  
sum gratiâ suffi-  
ciens , illa gratia  
sum & actualem  
in gratia requirit  
est.

Idem : Gratia  
quæ scholastici mer-  
toribus Theologis  
diplicis , quam  
natur.

¶ Dato quod  
sum pavent , remi-  
gnificatam semp-  
tetur ; vos semp-  
tetur cui restitutur  
sum gratiæ , quam  
natur appellant ,  
ea Scholastici adm-

DE GRATIA ACTUALI Ejusque Divis. 655  
 entem omnibus hominibus præparatam & oblatam  
 sunt sequentia :

**I**mum : Gratia, quâ possum servare præceptum nunquam autem sum servaturus, magis noxia est quam utilis, quid enim mihi prodest, si possim & non faciam, ideoque bene dicitur : *gratia sufficiens statui necessario non tam utilis quam pernitiiosa est*, sic ut prouide merito possimus petere : à gratiâ sufficiente libera nos Domine. Quæ est propositio damnata ab Alex. VIII.

**R**e. Ad servandum præceptum in doctrinâ Thomisticâ præter gratiam sufficientem exigitur, ut velit præceptum servare, sicut igitur cibus sufficiens verè utilis est, præter quem aliis non exigitur, sed sola exspectatur concedentis voluntas; illa pecunia sufficiens & utilis est, quâ homo ære gravatus debita solvere potest, nec aliud requiritur, quam ut pecuniam numeret, ita quia homini gratiâ sufficiente prævento sola deest bona voluntas, illa gratia sufficiens verè est utilis: quia inter illam & actualem sola interest voluntas, nec ulla ulterior gratia requiritur, ut possit, sed solum, ut actu velit.

**2**dum : Gratiæ sufficientis nec PP. nec script. nec antiqui Scholastici meminerunt; ergo est conficta à recentioribus Theologis, qui magis rationi & principiis philosophicis, quam scripturæ & doctrinæ SS. PP. innuntuntur.

**R**e. Dato quod nomen gratiæ sufficientis SS. PP. non usurpaverint, rem ipsam hoc nomine: gratia sufficiens: significatam semper admirerunt, sic act. 7. v. 51. dicitur : *Vos semper Spiritui Sancto resistitis*. Gratia autem cui resistitur est gratia sufficiens. SS. PP. meminerunt gratiæ, quam excitantem, prævenientem, operantem appellant, illa autem est gratia sufficiens. Veteres Scholastici admittunt auxilium, quod moveret quidem

dem ad conversionem, sed ipsam conversionem non efficit. Ità S. Th. hic Q. 112. a. 2. ad 2. Contingit quandoque, quod Deus movet hominem ad aliquod bonum, non tamen perfectum: Et talis preparatio prædit gratiam (intellige habitualem) sed quandoque statim perfectè movet ipsum ad bonum, Et subito gratiam (intellige habitualem seu justificantem) homo accipit; atqui auxilia, quæ movent ad conversionem eam tamen non efficiunt, non sunt auxilia efficacia sed sufficiencia, quinimò præceptor noster nomen gratiæ sufficiens agnoscit loco in conclusione cit.

3tium: Auxilium sufficiens est, quod dat potestatem ad agendum; sed de facto potestas ad agendum provenit ab auxilio efficaci, ità ut sine auxilio efficaci non possimus bene operari: ut probatur ex pluribus locis S. Aug. nam 1. lib. ad Bonif. cap. 19. hæc Christi verba apud Joannem: nemo potest venire ad me nisi Pater, qui misit me traxerit eum: explicat de gratiâ efficaci. Trahitur (inquit) miris modis, ut velit ab illo, qui novit intus in ipsis hominum cordibus operari, non ut homines (quod fieri non potest) nolentes credant, sed ut volentes ex nolentibus fiant; Supponit igitur S. Aug. neminem gratiâ efficaci destitutum posse ad Christum venire, eodem modo D. Ang. hic Q. 109. Ferè per totam quæstionem inculcat, hominem non posse ad Deum converti nisi à Deo convertente, sed Deus hominem convertit ad se per gratiam efficacem; ergo potentia conversionis non est à gratiâ sufficiente sed efficaci.

3. Posse operari dupliciter sumitur: 1mò Ut complectatur solum illa, quæ requiruntur & pertinent ad actum primum, & tale posse habetur per gratiam sufficiensem. 2dò Ut complectatur omnia necessaria ad actu operandum & in hoc sensu sunt intelligendi SS.PP. quamvis enim voluntas adjuta per gratiam sufficiensem

DE GR.  
zen non indi  
le possit oper  
teriori gratiâ  
tus corrobo

z. 1. Pot  
ancedens ha  
non conjungi  
se solo præstat  
operari simplic  
potentiam co  
dam, unde ex  
tur impotentia  
hoc sensu intel  
dem venire ad  
item posse ad

Si autem q  
ante bonum

3. Id otiri  
gere possit,  
lare. Si au  
sequi? non  
gratiâ efficaci  
ion ambulet:  
dico non est c  
tatem solâ gr  
ati, eò quod  
temporales m

4um: Jux  
ta auxilium si  
constat autem  
centiæ Adam h  
abrem in hoc  
genius totam di  
u innocentia,  
naturæ corrupt  
i. 2. Theo

rem non indigeat alio auxilio, ut bonum supernaturale possit operari, attamen ut actu operetur indiget ulteriori gratiâ, quâ ad integrum & perfectum opus virtutis corroboretur.

**R. 2.** Potentia alia est antecedens, alia consequens, antecedens habet omnia requisita ad actum primum, & non conjungitur cum actu secundo, auxilium sufficiens se solo praestat potentiam antecedentem, & dat posse operari simpliciter in sensu diviso, auxilium efficax dat potentiam consequentem actui infallibiliter conjunctam, unde ex denegatione auxiliij efficacis solùm inferatur impotentia consequens & in sensu composito & in hoc sensu intelligendi sunt SS. PP. dum afferunt neminem venire ad Deum posse nisi à patre trahatur, neminem posse ad Deum converti nisi Deo convertente.

Si autem queras cur voluntas adjuta auxilio sufficiente bonum actum non operetur?

**R.** Id oriri ab ipsamet voluntate, quæ etsi bonum agere possit, ipsuin tamen non vult executioni mandare. Si autem rursus interroges, quare non velit exequi? non est respondendum: id contingere, quod gratiâ efficaci careat, sicut, si queratur, cur infirmus non ambulet: non est dicendum id fieri: quia à medico non est curatus, sed est respondendum: voluntatem solâ gratiâ sufficiente adjutam non velle operari, eò quod sit iniqua, iniqua autem est: quod res temporales magis diligit, quam Deum.

**4.** cum: Juxta Phrasin Augustinianam gratia sufficiens est auxilium sine quo non gratia efficax est auxilium quo constat autem ex doctrinâ S. Aug. quod in statu Innocentiae Adam habuerit auxilium sine quo non, nunc autem in hoc statu datur auxilium quo, unde Jan-senius totam differentiam sumit gratiæ integratatis in statu Innocentiae, & gratiæ medicinalis Christi in statu naturæ corruptæ: quod gratia integratatis fuerit solum

sufficiens, & gratia medicinalis sit solum efficax.

R. Et in statu naturæ integræ & in statu naturæ lapsæ est tam auxilium *sine quo non* sive gratia sufficiens, quam auxilium *quo sive* gratia efficax, sed diverso modo: in statu naturæ integræ habebat homo comple-  
tum posse, quod nullo indigebat ex parte posse auxilio vires adjuvante, sed sufficiebat auxilium generale po-  
tentiam ad actum applicans, cum enim ratio & volun-  
tas esset perfectè subjecta Deo & appetitus rationi, po-  
terat in bono, quod acceperat perseverare, si vellet;  
hoc est: poterat sine aliquo auxilio speciali sibi dare vo-  
luntatem perseverandi, quamvis ad hoc indigeret au-  
xilio generali, quo Deus operatur in omni operante, ac  
in statu naturæ corruptæ deest aliquid *ex parte naturæ*  
infirmæ, ut possit.

Sequuntur argumenta contrà gratiam sufficientem hominis justi.

I<sup>m</sup>um Sumitur ex pluribus locis S. Aug. in quibus videtur indicari: etiam justis quandoque denegari gratiæ sufficientes. Petrus antequam negaret Christum abs-  
que dubio justus erat juxta testimonium Christi Joannis 13. *Et vos mundi estis* atqui Petro gratia sufficiens de-  
fuit instanti præcepto & urgente tentatione quia juxta S. Aug. illa negatio non tam erat socordiæ. quam ne-  
gligentiæ, quæ ex eo proveniebat, quod Deus ipsum deseruerat.

R. Petri desertio à S. Aug. non carentiæ gratiæ suffi-  
cientis, sed carentiæ gratiæ efficacis adscribi, ut enim dicit: Petro cum negavit Christum adfuit parva & im-  
perfecta boni voluntas, quâ intelligitur gratia sufficiens sed defuit magna & robusta voluntas, quæ est volun-  
tas robورata gratiâ efficaci, subtractio autem gratiæ effi-  
caci facta à Deo in homine justo est vera justi desertio non adæquata quidem, quæ cujusvis gratiæ negationem complectitur, sed inadæquata solum, ex quâ subtra-  
ctione

DE GRATIA  
tionē inadæquatā  
naturam agnoscit  
enim iustus auxilio  
succumbat, satis  
intelligit, quantum  
in parentis fuerit iū-  
diciū: Si homi  
tam gratiam suffici-  
dican ad implendui  
plete præceptum:  
habet potentiam &  
implendum præcep-  
tū. Ut liberè quā  
potest implere vel nō  
unquam oppositi-  
onem & ex speciali  
teratē non requi-  
oppositum, sed i-  
tū & aliud ex auxi-  
lii habentis para-  
tē ambulare &  
am potestate ad  
refē ambulare no-  
bō infirmus po-  
sequendo concipi-  
potest implere præ-  
ceptū: Qui ne  
fide quo non, non  
auquin nostrā viā  
auxiliū gratiæ vi-  
potentiam comple-  
tū non potest ab-  
rē. Dupliciter  
refē & indirectē  
tū, quod possumi-

## DE GRATIA ACTUALI EJUSQUE DIVIS. 659

Azione inadæquatâ gratiæ homo sufficienter suam infirmitatem agnoscit vid. quod nihil sine gratiâ possit: cum enim justus auxilio efficaci destitutus semper temptationi succumbat, satis suam infirmitatem experitur, & intelligit, quantum vulnus sibi per inobedientiam primi parentis fuerit inflictum.

**2dum:** Si homo justus non semper habeat receptionem gratiam sufficientem sive potentiam proximè expeditam ad implendum præceptum non liberè omittit impleere præceptum: cum sine viribus sufficientibus non habeat potentiam expeditam ad implendum vel non implendum præceptum.

**3.** Ut liberè quis impleat præceptum, debet illud posse impleere vel non impleere propriâ applicatione ad utrumque oppositum N. ex applicatione propriâ ad unum & ex speciali auxilio ad aliud Con. explicò: ad libertatem non requiritur æqualis potestas ad utrumque oppositum, sed sufficit quod voluntas possit unum ex se & aliud ex auxilio alterius: ut explicatur exemplo cæci habentis paratum directorem, hic cæcus potest rectè ambulare & cæspitare, non tamen habet æqualem potestatem ad utrumque, ex se potest cæspitare, rectè ambulare non potest sinè auxilio directoris. Sic homo infirmus potest omittere impletionem præcepti sequendo concupiscentiam ex propriâ applicatione, potest impleere præceptum ex auxilio gratiæ oblato.

**3tium:** Qui non habet in suâ potestate auxilium sinè quo non, non potest absolute impleere præceptum; atqui in nostrâ viâ homo justus non habet in potestate auxilium gratiæ victricis adjuvantis posse & facientis potentiam completam & proximè expeditam ad posse; ergo non potest absolute impleere præceptum.

**4.** Dupliciter aliquid esse in nostrâ potestate directè & indirectè, illud est directè in nostrâ potestate, quod possumus nobis dare ex determinatione pro-

prii arbitrii, & ità auxilium gratiæ victricis non est in nostrâ potestate. Illud est indirectè in nostrâ potestate, quod daretur nobis, si ex determinatione nostri arbitrii non poneremus impedimentum, & hoc modo auxilium gratiæ victricis est in nostrâ potestate; quod sufficit, ut non impletio præcepti ex carentiâ auxilii nobis imputetur, quod enim homo ponat obstaculum habet à seipso, quod non ponat obstaculum habet à gratiâ, ideoque dum ponit obstaculum, liberè ponit: quia ponit cum potentia ad non ponendum, quamvis ista potentia sit ex auxilio gratiæ per misericordiam Dei prævenientis: ponere enim obstaculum est sequi concupiscentiam & se determinare ad amorem creaturæ, removere obstaculum est ex gratiâ Dei determinantis ad amorem divinum, habetur igitur plena libertas ad utrumque oppositum, quia voluntas peccantis se ità determinat ad amorem creaturæ, ut possit determinari ad amorem Dei per gratiam, & ità voluntas perseverantis in gratiâ determinatur ad amorem Dei ut possit se determinare ad amorem creaturæ.

*Inst.* Si Deus præveniret voluntatem illam per auxilium speciale movendo ad amorem præceptum, tunc voluntas se non determinaret ad amorem contrarium præcepto & consequenter non poneret obstaculum gratiæ victrici ergo prius denegat auxilium quam homo ponat impedimentum.

*R.* In genere causæ materialis dispositivæ in creaturâ deficiente prior est denegatio auxilii quam positio impedimenti, in genere causæ efficientis prior est positio impedimenti quam denegatio auxilii; sicut econtra in homine in gratiâ perseverante in genere causæ materialis dispositivæ prior est determinatio ad amorem Dei, quam receptio auxilii, in genere tamen causæ efficientis prius est auxilium movens ad amorem, quam consensus in amorem; solent hoc exemplificare Thomistæ

DE GRATIA  
nullæ exempli se p  
per tenetram clau  
ad aperturam fene  
nella concutit in  
etiam ingressi  
49um: Qui act  
potest ventre Roma  
nire; sed homo i  
habet gratiam victi  
implere præceptum  
potest illud implere  
p. Simile argu  
scop. 159. quod  
l'urteat auxilio re  
quoniam imputatu  
quod argumenti  
de arbitrii divisi  
mari posse, pote  
mijat, dicitur en  
Deinde à nobis  
arbitrii impeditio  
mpidere, non im  
pedimentum pr  
sum in se est  
ut enim omnes ha  
bentur, qui ins  
fus sole mundum  
pliculos claudit,  
habet videre neque  
Ex qua doctrina ho  
non habet equum i  
atum non potest  
nam Con. qui i  
men oblatum &  
nam N. homo in

mistæ exemplo sæpiùs à D. Ang. adducto aëris intrantis per fenestram clausam, cuius ingressio activè concurrit ad apertione fenestræ, nihilominus tamen apertio fenestræ concurrit in genere causæ materialis ad prædictam ingressiōnem.

4tum: Qui actu non habet equum, nec sinè equo potest venire Romam, absolute non potest Romam venire; sed homo infirmus quamvis justus non semper habet gratiam vicitricem, sinè quâ non potest sufficienter implere præceptum; ergo simpliciter & absolute non potest illud implere ut docuit Jansenius in 1ma prop.

R. Simile argumentum format S. Th. lib. 3. C. gentes cap. 159. quod videatur homini non posse imputari, si careat auxilio requisito ad credendum, sperandum, quia nulli imputatur, quod non à se sed ab alio dependet, ad quod argumentum ita. Rdet: licet aliquis per motum liberi arbitrii divinam gratiam nec promereri nec advocare possit, potest tamen seipsum impedire, ne eam recipiat, dicitur enim de quibusdam Job. 21. Dixerunt Deo recede à nobis: Et cum hoc sit in potestate liberi arbitrii impedire divinæ gratiæ receptionem vel non impedire, non immerito in culpam imputatur ei, qui impedimentum præstat gratiæ receptioni, Deus enim quantum in se est, paratus est omnibus gratiam dare, vult enim omnes homines salvos fieri; sed illi soli gratiæ privantur, qui in seipsis gratiæ impedimentum præstant, sicut sole mundum illuminante in culpam imputatur ei, qui oculos claudit, si ex hoc aliquid malum sequatur, licet videre nequeat, nisi lumine solis preveniatur; Ex quâ doctrinâ hoc modo in formâ respondetur: qui non habet equum nec actu datum nec oblatum sive paratum non potest simpliciter & absolute venire Romam Con. qui non habet equum datum, bene tamen oblatum & paratum, non potest venire Romam N. homo infirmus quamvis non semper actu ha-

beat gratiam victricem sibi datam, semper tamen habet actu illam oblatam, quæ daretur, si non peneret impedimentum sese ad malum applicando.

Argumenta contra non datam gratiam sufficientem parvolorum & impiorum sunt sequentia.

1<sup>um</sup>: Juxta Apost. 1. ad Timot. 2. *Deus vult omnes homines salvos fieri & ad agnitionem veritatis venire;* ergo omnibus etiam parvulis largitur media, quæ ad salutem sufficient: quia ille, qui sincere vult finem, vult etiam media ad finem consequendum necessaria.

2<sup>o</sup>. Deus vult omnes homines salvos fieri voluntate antecedente Con. voluntate consequente N. ex voluntate antecedente male colligitur omnes in individuo parvulos recipere aut proximè aut remotè gratiam sufficientem aut medium sufficiens ad salutem; voluntas enim antecedens est, quâ Deus aliquid vult non cum omnibus circumstantiis, voluntas autem, per quam decernuntur & conferuntur media ad salutem necessaria est consequens, voluntas antecedens à Doctore nostro comparatur cum voluntate judicis, qui vult quidem homicidam à suppicio mortis liberare, prout civis est, voluntate antecedente, quâ vult omnium civium in columnitatem, attamen voluntate consequente non vult civem homicidam vivere, ideoque etiam non assumit media ad conservandam vitam hujus homicidæ.

3<sup>dum</sup> Christus pro omnibus hominibus mortuus est, unus (inquit Apostolus) pro omnibus, ergo vi mēritorum Christi omnibus etiam parvulis conferuntur gratiae sufficientes ad salutem.

4<sup>o</sup>. Christum pro omnibus in individuo hominibus sufficienter mortuum fuisse, non verò efficaciter sed, quod idem est, Christus premium ad omnium hominum redemptionem sufficiens exsolvit, dum Patri-

mor-

DE GRATIA  
mortem suam inf  
hominum salutem  
salutem consequer  
illa mors, ille valo  
illa auxilia quamvi  
bon recipiuntur ju  
justit. cap. 3. ubi  
omnibus esse mo  
moris Christi nor  
sunt: eis ille pro o  
mo moris ejus bei  
quibus meritum p  
gut absumus à se  
reprobo, sed pri  
cum non solum pri  
quis plures reci  
bificantem, quâ  
suum: Si patr  
non minus sun  
us & damnati, q  
natura salutis.

5. N. conseq.  
se antecedente sa  
ni generale reme  
dele, potest omn  
iis consequenti r  
applicetur Baptism  
applicabilis. Ex qu  
statu damnationis  
Baptismus institutu  
tibus in peccato or  
tua parte patvuli,  
solute vivere, nasc  
i, ideoque illis c  
un medio salutis suffi

mortem suam infiniti valoris obtulit, quâ omnium hominum salutem est promeritus, simulque auxilia ad salutem consequendam necessaria, sed illud pretium, illa mors, ille valor non omnibus applicatur. proinde illa auxilia quamvis omnibus oblata ab omnibus actu non recipiuntur juxta doctrinam Con. Trid. sess. 6. de justif. cap. 3. ubi postquam definivit Christum pro omnibus esse mortuum disertè pronuntiat fructum mortis Christi non omnibus communicari; formalia sunt: *eris ille pro omnibus mortuus est, non omnes tandem mortis ejus beneficium recipiunt, sed ii duntaxat, quibus meritum passionis ejus communicatur.* Longè igitur absimus à sensu Calviniano. Christum pro nullo reprobo, sed pro solis prædestinatis mortuum fuisse, cum non solum pro prædestinatis sed etiam reprobis, ex quibus plures recipiunt & auxilia actualia & gratiam sanctificantem, quâ ad tempus justificantur, sit mortuus.

3tium: Si parvuli carent medio sufficienti ad salutem non minùs sunt in statu damnationis, quam dæmones & damnati, quibus nulla amplius suppetunt media æternæ salutis.

¶. N. conseq. Disparitas est: Deus voluit voluntate antecedente salutem parvolorum, & pro eâ instituit generale remedium Baptismi, quod quantum est de se, potest omnibus applicari & nihilominus voluntate consequenti non voluit, quod omnibus parvulis applicetur Baptismus, imò quod aliquibus sit proximè applicabilis. Ex quo tamen non sequitur, quod sint in statu damnationis sicut dæmones: quia ex unâ parte Baptismus institutus est pro omnibus viatoribus existentibus in peccato originali, non pro damnatis & ex alterâ parte parvuli, antequam moriantur, possunt absolutè vivere, nasci & lavacro regenerationis regenerari, ideoque illis offertur saltem remotè auxilium pro remedio salutis sufficiens.

4tum. Si Deus in pœnam præcedentium peccatorum impiis auxilia sufficientia subtrahat, peccata, quæ ex subtractione auxilii possibilitatis sequuntur, ipsi Deo imputabuntur, qui ad bonum illos impotentes fecit.

R. Obdurationem & peccata ex obduratione admissa dupliciter spectari posse: vel ut peccata sunt, vel ut pœna præcedentis peccati: ut peccata sunt, soli homini obdurato imputantur; ut verò sunt pœnae, non soli homini sed Deo imputantur, quatenus præcedentia peccata per permissionem sequentium castigat. Priora peccata, quibus dignum se præbuit peccator, ut à Deo deserteretur & cor illius obduraretur, illi soli imputantur, non Deo: quia sic peccata sunt, ut non sint pœna peccati constat ex doctrinâ S. Aug. l. 5. C. Jul cap. 3. *Cacitas cordis, quam solus removet illuminator Deus, Et peccatum est, quo in Deum non ereditur, Et pœna peccati, quâ cor superbum dignâ animadversione punitur, Et causa peccati, cum mali aliquid ceci cordis errore committitur.*

5tum. Si peccato imputando sufficiat quod ex peccato præcedente gratia sufficiens denegetur, sequitur: quod motus primi passionum, ignorantia invincibilis, infidelitas negativa imputentur ad culpam.

R. Negando sequelam: quia non quocunque peccatum antecedens sufficit ad imputandum illud, quod sequitur, sed illud duntaxat, quod liberâ voluntate à nobis est commissum, ideo motus primò primi, amentia à nativitate habita, infidelitas negativa non sunt peccata. sed pœnae quædam non ex peccato personæ sed ex peccato naturæ nobis inexistentes, ideo bene damnata est ab Alex. VIII hæc propositio: *in statu naturæ lapsa ad peccatum mortale Et demeritum sufficit illa libertas, quâ voluntarium Et liberum fuit in suâ causâ vid. peccato originali Et voluntate Adami peccantis.*

Ulti-

DE GRATIA  
Ultimum: Ak  
rem in ordine s.  
generu nullum on  
sum, adeoque re  
dam & inermem  
fallum est quod hi  
gentur.

R. N. conseq.  
& Paganos, quam  
plus tamen habere  
provenientem vic  
trationem & pia  
Deum motionem.

Q U  
Quando gratia eff

Suppono: Gratia  
suum possumus  
du piè & Christia  
tum omnes Cathol  
difficultas; in  
libertatem arbit  
matrii de gratia  
Molinæ è Societate  
non ex se sec  
litas gratia suum  
gratiam efficacem  
gratiam sufficiente  
totum differentiam  
confistere, quod  
suis circumstantiis  
dentium dat, in q  
ditionatam prævid  
ta autem gratia in

## DE GRATIA ACTUALI EJUSQUE DIVIS. 665

*Ultimum: Alex. V.H. damnavit hanc propositionem in ordine s. Pagani Iudei heretici aliquae bujus generis nullum omnino recipiunt à Iesu Christo influxum, adeoque recte inferes in illis esse voluntatem nudam & inermem sine omni gratia sufficiente; ergo falsum est quod his aliquando gratiae sufficietes dengentur.*

*R. N. conseq. Quia certum est plurimos Iudeos & Paganos, quamvis ad fidem non convertantur, saepius tamen habere aliquem influxum ex meritis Christi provenientem vid. aliquam subinde intellectus illustrationem & piam quamvis debilem voluntatis ad Deum motionem.*

## QUÆSTIO III.

*Quomodo gratia efficax concordat cum libertate & differt à sufficiente?*

**S**UPONO: Gratia efficax est cuius beneficio non solum possumus pie & Christianè vivere, sed etiam actu pie & Christianè vivimus. Talem gratiam actualem dari omnes Catholici admittunt, inter quas gravissima est difficultas: in quo efficacia hujus gratiae consistat, ut libertatem arbitrii humani non laedat, ii, qui in his materiis de gratia plurimum sequuntur placita Lud. Molinæ è Societate Jesu, censem gratiam esse efficacem non ex se sed ab eventu solo, quando vid. voluntas gratiae suum præbet assensum, ex quo inferunt gratiam efficacem nihil ex parte sui habere plus, quam gratiam sufficientem, quæ omni consensu caret, sed totam differentiam gratiae efficacis à sufficiente in hoc consistere, quod illa gratia sit efficax, quam Deus in illis circumstantiis, loci, temporis aliorumque accidentium dat, in quibus per scientiam medium sive conditionatum prævidit voluntatem gratiae consensuram; illa autem gratia inefficax & pure sufficiens sit, quæ

datur in illis circumstantiis, in quibus prævidit Deus hominem non esse consensurum. Discipuli S. Thomæ econtrâ contendunt efficaciam esse intrinsecam gratiæ, ita ut gratia efficax ex se infallibiliter moveat flectat & determinet ad liberum consensum voluntatis.

Utraque igitur Pars in his convenit: 1<sup>mo</sup> dari gratiam efficacem, quâ Deus in nobis operatur velle & perficere. 2<sup>dò</sup>. Gratiam efficacem esse semper conjunctam cum actuali operatione & consensu liberi arbitrii, cum detur ad actu operandum & sit adjutorium Dei, quo aliquid fit. 3<sup>tiò</sup>. Quod per gratiam efficacem non tollatur libertas indifferentiae requisitæ ad statum libertatis hujus viæ, ut definivit Trid. sess. 6. de justif. can. 4. *Si quis dixerit, liberum hominis arbitrium à Deo motum & excitatum nihil cooperari assentiendo Deo excitanti atque vocanti, quo ad obtainendam justificationis gratiam se disponat ac preparet, neque posse dissentire, si velit, sed veluti inanime quoddam nihil omnino agere, mereque passivè se habere, anathema sit:* In hoc autem consistit lis & controversia inter utramque partem 1<sup>mo</sup>. An efficacia infallibiliter gratiæ conjuncta conveniat eidem ab intrinseco: hoc est ratione alicujus prædicati sibi intrinseci priori ad operationem & consensum voluntatis 2<sup>dò</sup> Utrum denominatio efficacis proveniat solum ab aliquo extrinseco eventu secuto & præviso, ita ut eadem entitas gratiæ bona v.g. inspiratio conjuncta cum effectu sit & dicatur efficax, disjuncta verò ab effectu sit mere sufficiens. His pro claritate præmissis.

DICO. *Prædestinati per gratiam Christi, non solum datur, ut perseverare possint, sed ut perseverent* S. Th. 2.2. Q. 137. a. 4. ad 2. *Sive gratia efficax non habet efficaciam à libero consensu sed eundem causat & in hoc differt à gratiâ pure sufficiente.*

*Probatur I.* Auxilium illud non sortitur suam efficaciam

**DE GRATIA ACTUALI EJUSQUE DIVIS.** 667  
 faciam ab effectu, quod suâ efficaciâ ordine causalitatis præcedit effectum; atqui auxilium, quo Deus facit, ut faciamus: sive auxilium efficax præcedit ordine causalitatis effectum, sicut omnis applicatio causæ ad agendum præcedit actionem, & omnis causa præcedit effectum: efficacia enim auxiliî est causa secuti effectus Ezechielis 36. v. 26. *Dabo vobis cor carneum.* v. 27. *Et faciam, ut in preceptis meis ambuletis, & iudicia mea custodiatis & operemini.* Hoc autem secundum S. Aug. l. de spir. & lit cap. 24. Deus promittit, quod ipse facit: non enim ipse promittit, & alius facit, quod jam non est promittere sed prædicere. Ergo gratia non accipit suam efficaciam ab effectu, sed habet ex suis intrinsecis.

2dò. Dum sunt duo, quorum unus consentit, alter dissentit gratiæ, unus habet efficacem, alter inefficacem gratiam; unde provenit quod unus habeat efficaciem gratiam quam alter? non ex unius consensu, sed ex ipsâ gratiâ: juxta responsum Apostoli 1. ad Cor. 4. *Quis te discernit?* Rom. 9. v. 15. *Non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei & Jois 6. v. 44.* Nemo potest venire ad me nisi Pater qui misit me traxerit illum: Ratio igitur quare unus veniat & alter non, est tractio Patris non per gratiam sufficientem: illa enim utriusque est communis; sed per gratiam efficacem, cui Apostolus etiam suam conversionem & discretionem attribuit: *gratia Dei sum id quod sum.*

3tiò. Gratiae efficacia consistit in infallibili connexione, quam habet cum effectu, ut admittit pars adversa; atqui hæc infallibilis connexio gratiæ cum conversione convenit gratiæ ante effectum vel conversionem: quia gratia infallibilem habet connexionem cum conversione, inquantum à Deo datur ex intentione efficaci & voluntate consequente hominem converterendi, sed in priori, quo gratia antecedit conversionem,

convenit ipsi, quod detur ex intentione efficaci & voluntate consequente hominem convertendi, ergo etiam habet infallibilem connexionem cum conversione.

4to. Sint duo justi, quorum unus vincitur alter non vincitur temptatione eadē; qui vincit temptationem, maiores debet gratias Deo respondere, sed non teneretur magis esse gratus Deo, si æqualiter ambo potuissent vincere & gratiam æqualem à Deo datam habuissent, quam potuisset uterque facere efficacem, quia non plus habuisset virium gratiæ Paulus à temptatione vicit, quam Petrus temptationem vincens.

5to. Demum: quamvis habeamus gratias sufficietes, tenemur tamen quotidie orare pro gratiâ efficaci: quid enim aliud petimus in oratione Dominicâ: *Et ne nos inducas in temptationem*, quam ut non, qui sumus sufficietes vincere temptationes, illis succumbamus; atqui illud foret superfluum, si penes eum, qui habet auxilium sufficiens, sit illud ipsum auxilium sufficiens suâ cooperatione reddere efficax.

*Obj. 1.* Zach. I. v. 3. jubemur ad Deum converti, ut ipse ad nos convertatur: *Convertimini ad me & convertar ad vos*, ergo consensus voluntatis nostræ in gratiam taltem prioritate naturæ præcedit actionem Dei nos convertentis ac proinde gratia voluntatem non prædeterminat sed potius ab ipsâ voluntate determinatur ut indicare videtur Apost. 2. Cor. 6. v. 1. *Exhortamur, ne in vacuum gratiam Dei recipiatis.*

*R.* Quando in Ss. litteris dicitur; convertimini ad me & ego convertar ad vos admonemur nostræ libertatis, cum autem respondemus converte nos Domine ad te & convertemur. Fatemur nos gratiâ Dei præveniri, quod autem gratiam Dei in vacuum non recipiamus, eique non desimus, est ipsiusmet gratiæ effectus ut exprimit S. Aug. I. de corrept. & grat. cap. 8. Secundum

De GRATI.  
am gratiam D  
voluntario, Volun  
suntur gratiam,  
perseveret delectab  
futundinem.

Obj. 2. Con.  
docet: hominem  
velit, ergo quælib  
cum dissensu, e  
ditionem cuin co  
ber efficaciam inc  
3. PP. in Tr  
pugnauit; Im  
um & excitatum  
ren & excitanti,  
quod gratiæ, qua  
la dissidente: utri  
no tenemus volu  
nti, id voluntat  
adum actu movi

Dices, Potentia  
aci conjuncta nu  
tria suo effectu  
vinnio inutilis &  
4. Idem solve  
pot grata cong  
ra sufficiens (/  
quam obtineat e  
scentem judicant  
id Aliqua po  
tra frater, quod a  
lioquin dicendu  
ria, non potuisse  
5to. Facultas p  
uis, sive p reducitu

dum gratiam Dei non contrà eam libertas defenditur voluntatis. Voluntas quippe humana non libertate consequitur gratiam, sed gratia potius libertatem, & ne perseveret delectabilem perpetuitatem & insuperabilem fortitudinem.

Obj. 2. Con. Trid. Sess. 6. de justif. cap. 4.  
docet: hominem Deo vocanti posse dissentire, si velit, ergo quaelibet gratia actualis potest conjungi cum dissensu, ergo nulla habet infallibilem connexionem cum consensu & consequenter nulla habet efficaciam independenter à consensu.

Ré. PP. in Trid. duos errores hæreticorum oppugnaturunt: 1<sup>m</sup>um: quod liberum arbitrium motum & excitatum à Deo non cooperetur Deo moventi & excitanti, sed merè passivè se habeat; 2<sup>d</sup>um quod gratiæ, quamquam velit, non possit resistere seu dissentire: utrumque errorem & nos rejicimus. 1<sup>m</sup>ò tenemus voluntatem Deo moventi verè cooperari, 2<sup>d</sup>ò voluntatem reverè dissentire posse, quæ etiam dum actu movetur, potest non agere in peccare.

Dices. Potentia illa non agendi cum gratiâ efficiaci conjuncta nunquam in actum reducitur; cum gratia suo effectu nunquam frustretur; ergo est omnino inutilis & otiosa.

Ré. Idem solvendum adversariis, qui fatentur, quod gratia congrua semper obtineat effectum, & gratia sufficiens (sive ut dicunt) incongrua nunquam obtineat effectum, & tamen gratiam sufficientem judicant utilem.

2<sup>d</sup>ò Aliqua potentia vel facultas non ideo est frustrans, quod ad actum secundum non educatur; alioquin dicendum foret, Beatos, cum erant in viâ, non potuisse non perseverare.

3<sup>ti</sup>ò Facultas peccandi, quæ est cum gratiâ efficiaci, sæpè reducitur ad actum secundum, non quidem

in sensu composito, quamdiu nempe per gratiam eadem manet mentis & cordis affectio, sed tantum in sensu diviso, quando vid. affectus in virtutem sive propensio ad bonum amore peccati superatur. Sicut vir sapiens quamvis habeat potentiam physicam se le præcipitandi ex fenestrâ, nunquam tamen illud actu tentabit, quamdiu erit sapiens, sed si ex sapiente fiat amens, non poterit solum sibi vitam eripere per præcipitum, quemadmodum dum erat sapiens, sed etiam de facto hoc modo sibi vitam eripiet

*Obj. 3.* gratia efficax in quantum efficax non est præveniens nostrum arbitrium liberum, sed concomitans sive simul cum illo influens in piam operationem.

*R.* Gratia efficax ex eo dicitur efficax, quia efficit, ut nostrum liberum arbitrium operetur, ideoque involvit implicantiam: quod gratia efficax sit, & tamen concomitans: quia si efficax est, influit in consensum voluntatis, & consequenter prioritate naturæ est prior consensu, sicut omnis causa influens est prior suo effectu.

*Obj. 4.* Si liberum arbitrium non operetur, gratia non erit efficax, ergo penes liberum arbitrium est dare gratiæ efficaciam.

*R.* N. consequentiam: nemo enim consentiendo facit gratiam efficacem, sed exhibet solum signum à posteriori, quod habuerit gratiam efficacem: consensus quippe liberi arbitrii ordine naturæ præsupponit gratiam efficacem; eodem modo non consentiens non facit gratiam inefficacem, sed solum signum exhibet à posteriori, quod gratia & vocatio Dei non fuerit efficax, sed solum sufficiens.

*Obj. 5.* S. Aug. l. 1. Ad simplic. Quæst. 2. efficaciam gratiæ in hoc constituere videtur, quod Deus illam attemperaverit nostræ affectioni, eamque det

in

De GRAT  
io illis circum  
nos, Verba S.  
vocari sint, tan  
illi solum sequar  
runtur idonei,  
non volenii neg  
hoc modo vocavi  
cationem & pol  
quomodo facti ei c  
R. Illa verb  
quam levitate  
que movet sicut  
gratia non tam  
Quia voluntate  
liberati congru  
tias in diversis  
res & dispositi  
moveat, deb  
movere; dec  
hoste occurren  
Voluntas timide  
& gloria;  
one peccati pul  
movebit fortē  
superando tenta  
midum per tim  
cando incurrat  
terur efficaciter  
gratiae tentation  
aviter, quia q  
dispositioni con  
vio efficacem fac  
S. August. pati  
dem non sequun  
runt, sed non eli  
in

in illis circumstantiis, in quibus scit nos consensu-  
ros. Verba S. D. sunt, ut quamvis multi uno modo  
vocati sint, tamen quia non omnes uno modo affecti sunt,  
illi solum sequantur vocationem, qui ei capienda repe-  
riuntur idonei, & illud non minus verum sit, igitur  
non volentis neque currentis sed miserentis est Dei, qui  
hoc modo vocavit, quo aptum erat eis, qui secuti sunt vo-  
cationem & post pauca cuius miseretur: sic cum vocat,  
quomodo scit ei congruere, ut vocantem non respuat.

R. Illa verba S. Aug. nihil amplius indicant,  
quam suavitatem divinæ motionis: quæ unumquem-  
que movet sicut aptus est moveri; nam auxilium  
gratiæ non tantum est efficax, sed etiam suave.  
Quia voluntatem secundum, quod ipsius naturæ &  
libertati congruit, movet, unde cum natura volun-  
tatis in diversis hominibus diversas habeat inclinatio-  
nes & dispositiones, ut efficaciter simul & congruè  
moveat, debet auxilium in diversis diversimodè  
movere; declaratur res exemplo: fortis & timidus  
hoste occurrente diversimodè moventur ad pugnam.  
Voluntas timidi ad fugam, fortis ad amorem vi-  
ctoriæ & gloriæ; ponatur quod uterque eadem tentati-  
one peccati pulsetur, Deus dans victoriam utrique  
movebit fortē ad amorem gloriæ æternæ, quam  
superando temptationem obtainere potest, movebit ti-  
midum per timorem pœnæ æternæ, quam ne pec-  
cando incurrat, temptationem vincit, uterque mo-  
vetur efficaciter: quia uterque ex efficaciâ divinæ  
gratiæ temptationem superat, & uterque movetur  
suaviter, quia quilibet movetur secundum quod suæ  
dispositioni congruit, non verò quod ipsi suo arbi-  
trio efficacem faciant motionem & hunc esse sensum  
S. August. patet ex aliis, quæ de illis qui vocationem  
non sequuntur, ponit: *vocati quidem dici potue-  
runt, sed non electi;* & non iam similiter verum est,  
igitur

igitur non miserentis Dei, sed volentis atque currentis est hominis: quoniam non potest effetus misericordia Dei esse in hominis potestate, ut frustra ille misereatur, si homo nolit.

## QUÆSTIO IV.

*An pro statu innocentie ad bene operandum necessaria fuerit gratia efficax.*

**O**ccasionem huic Quæstioni dedit Jansenius, qui sicut in statu naturæ corruptæ rejicit omnem gratiam sufficientem; ita in statu innocentie rejicit omnem gratiam efficacem, ponendo primariam differentiam gratiæ status innocentie & gratiæ medicinalis naturæ lapsæ in hoc: quod gratia in statu innocentie ita moveat liberum arbitrium, ut ejus consensum & determinationem exspectaret, & ab assensu totam suam efficaciam sortiretur; gratia autem in statu naturæ corruptæ ita moveat voluntatem, ut consensum non exspectet, sed infallibiliter inferat. Putat hanc doctrinam esse S. Aug. qui in l. de correpl. & grat. hanc dat differentiam inter gratiam status innocentie & gratiam medicinalem hominis lapsi, quod gratia in statu innocentie fuit indifferens dans posse. Sic enim ait cap. II. tale quippe erat adjutorium, quod desereret, cum vellet, & in quo permaneret, si vellet, non quo fieret ut vellet.... Secunda ergo plus potest, quâ etiam sit, ut velit & tantum velit, tantoque ardore diligat, ut carnis voluptatem contraria concupiscentem voluntatem Spiritus vincat. Unde infert, quod gratia naturæ corruptæ non sit indifferens dans solum posse, sed tantum sit efficax dans facere contrâ quam.

DICO Virtute gratuitâ superadditâ virtuti naturæ, indiget homo in statu naturæ integra quantum ad numerum id est ad operandum & volendum bonum supernum.

THRA-

DE GRATIA  
viale: sed in statu  
mūtetur, &  
virtutis operetur,  
cum in astrologie p.  
ab ipso moveatur  
103. A. 2. O.  
centizad actu in  
tiam sufficientem  
Probatur: ne  
in gratia infe  
chum secundum  
voluntate naturæ, si  
deponam & subordi  
nam primam; atq  
uo causa secund  
ia, ergo homo  
nactus indiguit,  
h quâ fundame  
datur in ratione  
ibi ita, manifest  
corporales reducun  
n primum mover  
uporales, qua  
noven simplicitate  
unichaque naturæ  
natur perfecta, no  
moveatur à Deo  
indiges auxilio g  
filiacet à Deo mor  
ter duo. Primo  
quid... nullare  
prodire, nisi virtut  
fascias propter e  
qua quidem lice  
mentem, reman  
I. 2. Theol.

nurale: sed in statu naturæ corruptæ quantum ad duo scilicet ut sanetur, & ulterius ut bonum supernaturalis virtutis operetur, quod est meritorium. Ulterius autem in utroque statu indiget homo auxilio divino, ut ab ipso moveatur ad bene agendum. S. Th. hic Q. 109. A. 2. O. sive necessaria fuit pro statu innocentia ad actu in bono persaverandum præter gratiam sufficientem gratia ab intrinseco efficax.

Probatur: necessitas gratiæ intrinsecè efficacis aut gratiæ inferentis infallibiliter suâ efficaciâ actum secundum non solum est propter debilitatem nostræ naturæ, sed propter indispensabilem dependentiam & subordinationem causæ secundæ ad causam primam; atqui talis dependentia & subordinationis causæ secundæ ad primam fuit in statu innocentia, ergo homo etiam in statu innocentia ad singulos actus indiguit gratiâ efficaci & præmoveente. Maj. In quâ fundamentum totius controversiæ est, fundatur in ratione S. Th. Q. 109. A. 1. O. ubi ita, manifestum est, quod, sicut motus omnes corporales reducuntur in motum cœlestis corporis, sicut in primum movens corporale: ita omnes motus tam corporales, quam spirituales reducuntur in primum movens simpliciter, quod est Deus: & ideo; quantumcunque natura aliqua corporalis, vel spiritualis ponatur perfecta, non potest in suum actum procedere, nisi moveatur à Deo & A. 9. homo in gratiâ existens ... indiget auxilio gratiæ, secundum alium modum, ut scilicet à Deo moveatur ad rectè agendum & hoc propter duo. Primo quidem ratione generali propter hoc, quod ... nullares creata potest in quaecunque actum prodire, nisi virtute motionis divinae. Secundo ratione speciali propter conditionem status humanae naturæ, qua quidem licet per gratiam sanetur quantum ad mentem, remanet tamen in ea corruptio & infectio.

*quantum ad carnem.* Ergo gratia intrinsecè efficaci quâ indigemus ratione corruptionis etiam indigebat homo integer ratione subordinationis.

*Obj. 1.* S. Aug. sæpiùs affirmat Adamo innocentis & Angelis datum fuisse auxilium, non quo perseverarent, sed sine quo perseverare non possent; at qui auxilium sine quo non, non est efficax ab intrinseco, sed juxta explicationem ejusdem S. D. habet se respectu voluntatis sicut alimenta respectu vitæ, sicut lux respectu visionis, sicut navis respectu trajiciens flumen, quæ omnia non determinant ad videntur aut trajiciendum, sed actui secundo inserviunt ex sola voluntatis determinatione, quæ illis pro libitu utitur aut reficiendo non utitur.

*Ré.* Una & eadem motio potest esse adjutorium sine quo non sive gratia sufficiens & simul adjutorium quo sive gratia efficax, sed respectu diversorum, motio ad primum actum est adjutorium quo ad primum actum, & est etiam adjutorium sine quo non respectu subsequentis actus ad quem primus actus dat posse. Ita adjutorium Adamo collatum ad amorem fuit adjutorium sine quo non poterat perseverare, sed fuit adjutorium, quo amaret, ex quo amore poterat Adam se applicare ad perseverandum in amore, quamvis ut actu perseveraret, necessarium erat aliud adjutorium, quo perseveraret, & ideo dixit S. Aug. quod Adam acceperit adjutorium perseverantiaz, non quo fieret: ut perseveraret, sed sine quo per liberum arbitrium perseverare non posset.

*Obj. 2.* Gratia efficax talis est naturæ, ut non relinquatur in libertate voluntatis illam amplecti vel non amplecti sed invicte facit, ut voluntas semper illam amplectendo consentiat; tale autem non fuit adjutorium Adami, de quo S. Aug. tale quippe

erat

DE GRATIA  
ad adjutorium  
permanet, si  
& Deus in  
talem dedit gra  
at ex illo amore  
continuandum  
actu continuare  
verbo lolum ir  
telinguit liberi  
præsupponat co  
pendet à præce  
les magis tribuit  
igitur Deus in st  
entia completere  
tali prædetermini  
operatur, erat  
tel non, quæ  
membris vel no  
generalia auxilio.

*Obj. ult.* Me  
dam dona, qu  
dona supernatu  
quod auxiliu  
cens consequet  
tivum vel ulli de  
cis operibus co  
navit; eò quod  
gratiam efficac

& Tunc al  
quando ita est  
arbitrio, sed i  
elicitivè & app  
ex præcedente  
dati specialiter  
vio; sic actus

DE GRATIA ACTUALI EJUSQUE DIVIS. 675  
 erat adjutorium, quod desereret si vellet, & in quo  
 permaneret, si vellet, non quo fieret, ut vellet.

R. Deus in statu innocentiae Adamo & Angelis  
 tales dedit gratiam efficacem ad amorem justitiae,  
 ut ex illo amore proxime potentes essent ad amorem  
 continuandum, ut tamen illum amorem justitiae  
 actu continuarent, indigebant auxilio generali, ubi  
 verò est solum indigentia auxilii generalis, ibi actus  
 relinquitur libero arbitrio: cum auxilium generale  
 presupponat completum posse, & quando actus de-  
 pendet à praecedente actu & consilio voluntatis, il-  
 le magis tribuitur libero arbitrio, quam Deo; cum  
 igitur Deus in statu innocentiae dederit auxilia suffici-  
 entia completem, ut indigerent solo concursu gene-  
 rali prædeterminante, quo Deus in omni operante  
 operatur, erat in potestate liberi arbitrii uti gratiâ  
 vel non, quemadmodum est in nostrâ potestate uti  
 membris vel non, licet iis non utamur sive prævio  
 generali auxilio.

Obj. ult. Merita status innocentiae fuerunt quæ-  
 dam dona, quæ innitebantur gratiæ, attamen illa  
 dona supernaturalia nominare noluit S. Aug.: eo  
 quod auxilium, quo illa merita creatura inno-  
 cens consequebatur, non erat auxilium determina-  
 tivum vel ulli dominans, econtrà merita, quæ nunc bo-  
 nis operibus consequimur S. D. specialia dona nomi-  
 navit: eò quod speciali ratione per determinationem &  
 gratiam efficacem illa merita Deus in nobis operatur.

R. Tunc aliquis actus bonus dicitur à Deo dari,  
 quando ita est à Deo, ut non sit applicativè à libero  
 arbitrio, sed solum elicitivè; quando vero actus &  
 elicitivè & applicativè est à libero arbitrio: eò quod  
 ex praecedente actu & consilio fiat, non dicitur à Deo  
 dari specialiter, etiamsi non fiat sine concursu præ-  
 viō; sic actus liberi arbitrii naturales tribuuntur li-

bero arbitrio, nec sunt dona specialia, quamvis creatura per auxilium generale ad eas præmoveatur. Itaque cum adjutorium datum Adamo & Angelis illis dederit potestatem se applicandi ad actus meritorios, actus illi meritorii non erant specialia dona Dei, sicut actus boni hominis infirimi qui sunt auxilio gratiæ victricis non præsupponentis completum posse.

## DISPUTATIO XXVI.

*De causâ gratiæ.*

**Q**uia gratia actualis est motio transiens nec permanenter animam perficit, sed solum dat posse operari vel actu operati. Causa illius non queritur, cum potius sit ipsum quo Deus in nobis bonum causat; sed inquiritur causa gratiæ habitualis.

## QUÆSTIO I.

*An solus Deus sit causa gratiæ.*

**C**ausa efficiens est duplex principalis & instrumentalis, certum est Deum esse causam principalem gratiæ & creaturam posse esse causam instrumentalem gratiæ sanctificantis ut docet S. Th. 3.p.Q.62.A.5. O. ubi ita: *principalis causa efficiens gratiæ est ipse Deus, ad quem comparatur humanitas Christi, sicut instrumentum conjunctum, Sacramentum autem sicut instrumentum separatum.* Difficultas autem quæ in præsenti examinatur, est, an solus Deus sit ita causa principalis gratiæ sanctificantis, ut repugnet aliquam creaturam esse causam principalem physicè productivam gratiæ.

**DICO.** *Impossibile est, quod aliqua creatura graciæ causet* S. Th. hic Q. 112. A. 1. O.

Probatur 1. Ille solus potest esse causa principalis gratiæ, qui potest esse causa principalis justificationis

De  
tionis: cum p  
liter justificati  
elle causa pri  
sest facere mun  
nonne in qui so  
deleo iniquitate  
quis est qui cona  
Probatur 2.  
sare gratiam sa  
te & reddere co  
cipaliter deifica  
veni principali  
num formaliter  
naturam divina  
tinet in se, no  
nationem simil  
ficare; item q  
connaturaliter  
quam fit filiation  
ad gloriam æte  
naturaliter hab  
creatrum potest  
eminenter; c  
Deo, nec for  
natura divina e  
connaturalis,  
Ex quo seq  
causa principa  
lium; quia  
tingere forma  
tes consequen  
tium superna  
tes ad gratiam  
Obj. Potest  
vinz naturæ a